[illegible] obseruare nec quouismodo contradicere sub vadio [illegible]
li et specialiter centum septuaginta trium florenorum et gl. decem pe
cuniae pro quo quidem vadio et vadijs exquamque re et causa
tam in parte quam in toto non exequente succumbit si se ipse
Andreas Zieniczki et eius successores ipse Simon Saschow
ski et eius successores necnon et ipse Simon Szaschowski
et eius successores ipse Andreae Zieniczki et eius successores
utrinque sese ad officium castrensem capitulum premisliensem citare per
miserunt extunc recedendum a terris districtibus ac iuribus suis
quibusvis et se huic iuri et officio castrensi premisliensi incorporandum
et subiciendum in premio citationis tamquam in peremptorio stare pa
rere rendere ac pro ipso vadio a officio non recedendum satisfacere quando
libet ex eis tenebitur et tenebuntur cum suis posteris quando
[illegible] premissa nulla re exquisita nec colore excogitato sive
iudicialiter sive extraiudicialiter differendum vera vel simplici in
firmitatibus tum actionum pro maiori non allegandum litteris regali
bus quibuscumque prescriptionibus tractatu generali et particulari conven
tionibus bello peste et alijs quibusvis legalibus impedi
mentis quae humana industria adinveniri et advenire po
terunt non evadendum monetis cum appellationibus nullas faciendum
neque pena trium marcarum pecunie seu triplici pena solutionis
eiusdem vadij evadendum neque ad quietam seu mortificationem
presentis inscriptionis se excipiendum neque aliquem defectum in pre
senti inscriptione seu ad eandem citationem et contentionem quamvis facti
allegandum et generaliter nullo modo via formaque iuris quam
premissum peremptorium pro ipso vadio seu vadijs pro quo citabi
tur aut ipsius successores citabuntur non differendum nec quicquam
[illegible] in auxilium contra presentem inscriptionem recipiendum sub vadio
centum septuaginta trium florenorum et decem gl. pecunie quo va
dio soluto utique inscriptionem presenti et omnibus in ea contentis in
parte et in toto satisfacere tenebitur totiens quotiens unicuique
eorum pro sorte et interesse suo opus fuerit nulla in hoc prescri
ptione et tanturnitate obstante super quo ille positum est

obductio capitis olim stanislai brasea toris

Actum in castro premisliensi feria sexta post festum circum
cisionis christi domini proxima anno domini millesimo quingentesimo sexa
gesimo sexto

4/1.

Ministerialis terrestris premisliensis providus Mathias Pizlap
ka de premislia vnacum nobilibus Severino Dobrostanski et Va
lentino Swyenczinski secum comparentes coram officio et actis
presentibus castrensibus premisliensibus stans personaliter in vim relationis

suae recognovit quia die hodierna eidem ille et dictis nobilibus est obdu
ctum et protestatum caput occisum providi olim stanislai brasseatoris
ex parte officij civilis premisliensis tum ex parte consanguineorum et ami
corum eius quousque resciverint per providum thomam brasseatorem consi
dalem ipsius mutuo et invicem simul in una brasea laborantem occisum
et interemptum in quo cadavere ipse ille cum dictis nobilibus vidit
vulnera enormiter secta viginti tria a quibus vulneribus ipse
stanislaus mortuus est ac circa ecclesiam beatissime virginis
marie premisliensis in cimiterio tumulatus ac sepultus est cir
ca quam sepulturam ipse ille ex parte officij civilis premisliensis
et consanguineorum ac amicorum prefati olim stanislai brasseato
ris occisi iuxta iuris formam voce sonorosa eundem thomam proclama
vit quae ita et non aliter fieri ipse ille ut vidit eidemque prote
statum esse recognovit et nobiles prefati relationem ipsius ille recogni
tione sua personali attestati sunt

posit concito ex parte Szczepieczki super Choiniczki

Ministerialis terrestris premisliensis providus Thymotheus Zule de sub
castro premisliensi coram officio et actis presentibus castrensibus
premisliensibus stans personaliter in vim relationis suae recogno
vit quia feria secunda post festum sancti Andreae apostoli pro
xime preterita anno proxime preterito contentionem ad solvendum
et satisfaciendum litteralem castrensem premisliensem pro non restitutione
catenulae aureae lanus in se cavendum ex parte quondam Joannis
Szczepieczki super nobilem Mathiam Choiniczki circa eccle
siam parochialem in villa Zyrakowa seu postes eiusdem
ecclesiae posuit et reliquit positionemque eiusdem contentionis
coram multitudine ad dominum congregata eiusdem eccle
sie ac incolis eiusdem ville iuxta iuris formam publicavit
et ad notitiam deduxit quae ita et non aliter fieri ipse
ille recognovit

Lipniczki quietat de 104 florenorum Rogozienski

Comparens personaliter coram officio et actis presentibus ca
strensibus capitulis premisliensibus nobilis Jacobus Lipniczki
publice palam et per expressum recognovit quia est sibi to
taliter et plenarie satisfactum de summa centum et quatuor
florenorum pecunie a nobili paulo Rogozienski quam habuit super
quatuor cinethonibus in sorte ipsius ville Rogozno actis
castrensibus premisliensibus inscriptis ratione cuius satisfactionis inscri
ptionem castrensem premisliensem super summam prefatam in bonis prefatis
servientibus cassat mortificat et in nihilum convertit ac eundem Jacobum